xtera illius amplexabiꝫ me. Leua quidem leuat: dextera suscipit. Leua medeꝫ ⁊ iustificat: dextera amplectiꝫ ⁊ beatificat. In leua eius merita: in dextera ꝯo ꝓmia ꝯtinentur. In dextera incq̃ delitie: in sinistra sunt medicine. Sed attẽde pium medicũ attende medicũ sapientem. Considera diligentius q̃ noua medicamina portet: vide quaz non modo ꝓciosas sed ⁊ speciosas attulerit medicinas: non solũ putiles ad sanitatis fructũ sed ⁊ delectabiles ad aspectũ ⁊ suaues ad gustum. Deniq̃ primã eius medicinam primũ qd̃ in sinistra portat attende: ⁊ ꝯceptũ sine semie inuenis. Intuere obsecro quale sit istud q̃ nouuz q̃ ammirabile q̃ amabile q̃ iocundũ. Quid est pulchriusq̃ generatio casta: quid gloriosiꝰ q̃ sancta et sincera ꝯceptio: in q̃ nihil pudoris est: nihil sordis: nihil coꝛruptiõis? At qm̃ minus fortassis detineret nos gratia licet ammiratio nouitatis: nisi fructꝰ quoq̃ salutis ⁊ vtilitatis ꝯsideratio: animũ delectaret: ꝯceptus iste non modo gloriosus i ipsa quasi exteriori specie sed ⁊ ꝓciosus ẽ in interiori virtute: vt ꝓm qd̃ scriptuz est: In sinistra dñi gloria simul ⁊ diuitie iuenianꝫ: diuitie inq̃ salut's: cum gloria nouitatis. Quis eni potest facere mũdũ de imũdo ꝯceptũ semine: nisi tu qui sine oi illicita ⁊ imũda ꝯceptꝰ es voluptate? In ipsa radice ⁊ origine mea infectus ⁊ inq̃natꝰ sum: imũda ẽ ꝯceptio mea sed est a quo tollaꝫ ista ꝯfusio. Ipse eã tollit: in quez ipsa non cadit. Diuitias salutis habeo quibus redimã ꝓprie ꝯceptiõis impuritatez: christi purissimã ꝯceptionẽ. Ad de adhuc dñe iesu: innoua signa: imuta mirabilia: nam priora quidez ipsa ꝯsuetudine viluerũt. Plane eni solis ortus ⁊ occasus: terre fecũditas tempoꝛ vicissitudo miracula sunt ⁊ magna miracula: sed totiens ꝶ vidimus: vt iam non sit qui attẽdat. Innoua signa: ⁊ imuta mirabilia: Ecce ait noua facio oia. Quis hec ait? Agnus vtiq̃ q̃ sedebat in throno. Agnus plane totꝰ suauis totus delectabilis: deniq̃ totꝰ vnctꝰ. Hãc eni interp̃tationẽ habet nomẽ eius qd̃ est christꝰ. Cui poterit asper aut durus videri qui nec ipsi matri in natiuitate quicq̃ asperitatis quicq̃ intulit lesiõis? O noua vere miracula. Concept' fuit sine pudore: partus sine dolore. Mutata est in virgine nostra maledictio eue. Peperit eni filiuz sine dolore. Mutata est inq̃ maledictio in bñdictionẽ: sicut p̃dictum ẽ p angelũ gabrielẽ Benedicta tu in mulieribus. O beata sola inter mulieres bñdicta ⁊ non maledicta sola a gnãli maledicto libera: ⁊ a dolore parturientiũ aliena. Nec mirũ fratres si dolorem non intulit matri q̃ dolores totꝰ mũdi tulit ꝓm q̃ esaias ait: Quia vere languores nostros ipse tulit. Duo sunt q̃ timet humana fragilitas: pudor ⁊ dolor. Utrũq̃ christus tollere venit vnde ⁊ vtrũq̃ suscepit: quando vt cetera fileaz morte: ⁊ morte turpissima ꝯdemnatꝰ est ab iniq̃s. Itaq̃ vt fiduciã nobis daret q̃ tolleret hec a nob prius matrẽ suam imunẽ ab vtroq̃ seruauit: vt nec in ꝯceptu quicq̃ pudoris: nec in partu quicq̃ doloris existeret. Accumulanꝫ adhuc diuitie crescit gloria: inouanꝫ signa et miracula imutanꝫ. Non solum sine pudore ꝯceptus: ⁊ sine dolore partus: ꝶ ⁊ mater est sine coꝛruptiõe. O vere nouitas inaudita. Virgo peperit ⁊ post partũ inuiolata pmansit: fecũditatẽ plis cuz carnis integritate: ⁊ gaudiũ matris habẽs cũ virginitatis honore. Jam securus expecto promissam mihi gloriã incoꝛruptiõis in carne mea: quoniãquidẽ ꝯseruata per eum ẽ incoꝛruptio etiam in matre sua. Facile erit ei per quem mater ipsa incoꝛruptionẽ non p didit pariẽdo: vt ⁊ coꝛruptibile hoc incoꝛruptionẽ induat resurgẽdo. Habes tñ adhuc maiores diuitias: habes gloriã amplioꝛem. Mater est sine coꝛruptiõe virginitatis: filius sine omni labe peccati. Non cadit in matrẽ eue maledictio: non cadit in plem generalis illa ꝯditio de qua dictuz est p p phetam. Nemo mũdus a sorde: nec infans cuius est vniꝰ diei vita sup terrã. Ecce infans sine sorde: solus inter hoies veraꝛ: immo ⁊ veritas ipsa. Ecce agnꝰ sine macula: agnus dei qui tollit pctã mũdi. Quis enim peccata meliꝰ tolleret: q̃ is in quẽ pctm̃ nõ cadit. Iste sine dubio lauare me põt: quez ꝯstat inq̃natum non esse. Hec manꝰ opertũ luto detergat oculum meũ: q̃ sola sine puluere est. Iste mihi festucam educat de oculo qui non habet trabez in suo: imo iste trabem educat de meo: qui nec exiguũ puluerem habet in suo. Vidimꝰ certe diuitias salutis ⁊ vite: Vidimꝰ gloriam eius: gloriaz quasi vnigeniti a patre: Queris a quo patre? Et filius altissimi vocabiꝫ. Manifestũ est quis altissimꝰ sit. Sed ne q̃s remaneat locus dissimulatiõis: Qd̃ ex te nasceꝫ sanctum (ait angelus gabriel ad mariaz) vocabitur filius dei. O vere sanctũ. Non dabis dñe sanctũ tuũ videre coꝛruptionẽ: qd̃ nec matri quidem abstulit incoꝛruptionẽ. Cre-

Prouer. 3.
Job. 12.
Signa naturalia obsoleta ad miraculõ amplionẽ pariunt.
Esa. 43.
Apo. 5.
Luc. 1.
Esa. 53.
Jo. 1.
Luc. 1
Ibi. ẽ ps. 15.

scunt miracula: multiplicat diuitie: thesaurus aperit. Que generat & mater & virgo e qui generat deus & homo est. Sed nunqd dabitur sanctuz canib?: aut margarite porcis? Abscondat certe thesaurus noster in agro: & pecunia nostra in sacculo reponat. Operiatur concept? sine semie mris desponsatione: partus sine dolore vagitibus parvuli & merore. Abscondat & parturientis incorruptio legali purificatione: infantis innocentia solita circucisione. Absconde inq̃ absconde maria: noui solis fulgore: pone in presepio: inuolue pannis infantem. Nam & ipsi panni diuitie nostre sunt. Preciosiores siquidez panni saluatoris oi purpura: & gloriosius hoc psepe auratis regum solijs: ditior denicq̃ christi pauptas cunctis opibus cunctisq̃ thesauris seculi. Quid enim humilitate ditius: quid pciosius inuenit: q̃ nimirum regnũ celoz emit: & diuina gra acq̃
Mat.5. ritur? Sicut scriptũ est: Beati paupes spiritu: quoniã ipsoz ẽ regnũ celoz. Et apd
Jaco.4. apostolũ: Deus supbis resistit: humilibus autem dat gratiã. Habes cõmendatã humilitatem in natiuitate. In hac enim exinaniuit semetipsum: formã serui accipiẽs etabitu inuentus vt homo. Vis adhuc pciosiores diuitias & supercellentẽ gloriã inuenire? Habes charitatẽ in passione. Maio-
Jo.15 rem hac dilectione nemo habet: vt animaz suam ponat q̃s p amicis suis. Ihe diuitie salutis & gloria sanguis pciosus quo redẽpti sumus & crux dominica in qua cuz apo-
Gal.6. stolo gloriamur: Mihi autẽ absit gloriari
1.Cor.2. nisi in cruce dñi mei iesu christi. Et dicebat Nihil arbitratus sum me scire inter vos nisi christũ iesum: & hunc crucifixũ. Ipsa est leua christus iesus & hic crucifixus: naz dexterа quidem est: christ? iesus & hic gloriosus. Christũ inquit iesum: & hunc crucifixũ Fortasse crux ipsa nos sumus: cui christus memorat infixus. Homo enim, formã crucis habet: quã si man? extenderit exp̃met manifestius. Loquit autem christ? in psalmo.
ps.68. Infixus sum in limo pfundi. Limũ quidẽ nos esse manifestũ est: qm̃ de limo plasmati sumus. Sed tunc q̃dez lim? paradisi fuimus: nũc vero limus pfundi. Infixus sum
Mat.28. inquit: non ptransij: non recessi: Vobiscuz sum vsq̃ ad ꝓsummationẽ seculi. Ipse est enim emanuel nobiscũ de?. Nobiscũ vtiq̃
Geñ.38. sed p sinistrã. Sic enim olim thamar pariẽte sara prius ptulit solam manũ: que in sacramẽto dñice passionis coccineo alligata est filo. Itaq̃ iam quidem tenem? sinistraz sed adhuc clamare necesse est: Operi manuũ tuarũ porriges dexterã. Naz delectationes in dextera tua vsq̃ in finem. Domine ostende nobis dexterã & sufficit nobis. Gloria inquit & diuitie in domo eius: vtiq̃ qui timet dñm. Sed in domo tua dñe q̃d? Profecto grarũactio & vox laudis: Beati q̃ habitant in domo tua dñe &c. Oculi enim non vidit: auris non audiuit: & in cor hois non ascendit: que prepauit deus diligentibus se. Lux est enim inaccessibilis: pax est q̃ exuperat oẽm sensum: fons est q̃ ascensum nescit sed descẽsum. Non vidit oculus lucẽ inaccessibilẽ: non audiuit auris pacem incõprehensibilẽ: Speciosi quidem pedes euã
Ro.10. gelizantiũ pacem. Sed licet in oẽm terram exierit sonus eoz: tamẽ que exupat omnẽ sensum nec ab ipsa q̃ta erat potuit capi: nedum alioz auribus tradi: Ait etiam paul? ipse: Fratres ego me non arbitroz compre-
Phil.3. hendisse. Fides quidem ex auditu: audit? autem per verbũ dei: sed fides non species et pmissio non exhibitio pacis. Et quidez pax nunc est etiam in terra hoib? bone voluntatis: sed quid est pax ista ad illius plenitudinẽ & supeminentiã pacis? Unde & ipse dñs ait: Pacem meam do vobis: pacez
Jo.14. meam relinquo vob's. Ideam siq̃dem q̃ exuperat oẽm sensum: & est pax sup pacem Necdum capaces estis: ppterea do vobis patriam pacis: & relinquo interim viã pacis. Sed q̃d est qd̃ diximus in cor hois nõ ascendit? Utiq̃ quia fons est: & ascẽsum nescit. Scimus enim quia natura fontiũ est riuos sectari ꝓualliũ: montiũ ardua declinare: sicut scriptũ est: Qui emittis fontes in
ps.103. ꝓuallibus: inter mediũ montiũ ptransibũt aque. Hoc autem est vnde ammonere sepius studeo vestram charitatẽ: quia deus superbis resistit: humilib? autem dat gratiã.
Ja.4. Fons enim ad altiorẽ locum non ascendit: q̃ sit locus eius pprius de quo ascendit vl' pcedit. Sed videri potest fm hanc regulam non impediri a supbia vias gratie: psertim q̃ ille primus supbus q̃ fm scripturã rex ẽ super oẽs filios supbie dixisse non legit altior ero: sed ero inquit similis altissimo. Attamen non mentit apostolus: qm̃ ille extollitur supra omne qd̃ credit aut qd̃ colitur deus. Horret humanus auditus verbũ: fvtinam horreat similit anim? cogitatuz malignũ pariter & affectum. Dico enim vobis q̃ non ille tm̃: sed & ois supbus extollit supra deum. Vult enim deus fieri volũtatẽ suã: et superbus vult fieri suam. Jam videtur

Job.14
ps.15.
ps.111.
ps.83.
1.Cor.2.

equalitas: sed attēde male ꝯgruam ꝓpor/
tionē. Deus q̄dem in his tm̄ que ratio ap/
probat suam vult fieri voluntatē: supbus
vo ⁊ cum ratiōe ⁊ ꝯtra rationē. Vides qm̄
altitudo est: ⁊ non illuc ꝑueniūt fluēta gra/
tie? Nisi ꝯuersi fueritis inq̄t ⁊ efficiamini si/
cut paruulus iste (se autē dicit qui est fons
vite in q̄ habitat ⁊ vnde manat plenitudo
gratiarū oīum nō) intrabitis in regnū celo
rum. Para ꝓinde riuulos: aggeres terre/
ne ⁊ elate cogitatiōis disperge: ꝯformare fi
lio hoīs non p̄mo hoī: q̄r fons gratie in cor
hoīs carnalis scz ⁊ terreni nō ascēdit. Ocu
lum q̄ꝫ purga vt videre possis merissimam
lucem: ⁊ aurem tuā inclina ad obediēdum
vt qn̄q̄ ꝑuenias ad quietē ꝓpetuā ⁊ pacē
super pacē. Lux enī est ꝓpter serenitatez:
pax ꝓpter tranquillitatē: fons ꝓpter afflu
entiam ⁊ eternitatē. Fontem assigna patri
ex quo nascit̄ filius ⁊ ꝓcedit spūssctūs: lu/
cem filio qui est vtiq̄ candor vite eterne et
lux vera illuminās oēm hoīem venientem
in hunc mūdū: pacem spūisctō: qui nimirū
sup humilē ⁊ quietū requiescit. Nec h̄ di/
co tanq̄ꝫ ꝓpria ista sint singuloꝝ: nam ⁊ pr̄
lux est vt sit filius lumen de lumine: ⁊ filius
pax est: pax nostra que fecit vtraq̄ vnum:
et spūssanct⁹ fons est aque saliētis in vitaz
eternam. Sed qn̄ ad hec ꝑueniem⁹? Quā/
do adimplebis me dn̄e leticia cū vultu tuo
Gaudemus in te qm̄ visitasti nos oriēs ex
alto: iterū gaudem⁹ expectātes beatā spem
in aduentu secūdo. Sed qn̄ veniet plenitu
do leticie non de memoria sed de p̄sentia: d̄
Phil. 4 exhibitione non de expectatiōe? Mode/
stia vestra ait apostolus nota sit oīb⁹ hoī/
bus: dn̄s ꝓpe est. Dignū est enī vt ⁊ mode
stia nostra nota sit sicut dn̄i dei nostri mo/
destia cunctis innotuit. Quid enī magis in
congruū: q̄ꝫ vt imoderate agat homo: ꝯsci
us ꝓprie infirmitatis: qn̄quidem apparuit
Mat. 11. inter hoīes modestus dn̄s maiestatis? Di/
scite inq̄t a me quia mitis sum ⁊ humil̄ cor/
de: vt possit etiam modestia vestra innote/
scere ceteris. Jam quod sequit̄ dn̄s ꝓpe
est de dextera debet intelligi. Nam de sini/
Mat. 28. stra ipse loquit̄: Ecce ego vobiscū sum oī/
bus diebus vsq̄ ad ꝯsummationez seculi.
Prope est dn̄s fratres mei nihil solliciti si/
tis: in ꝓximo est ⁊ citius apparebit. Nolite
deficere: nolite lassari: querite eum duz in/
ps. 33. ueniri potest: inuocate eū dū ꝓpe est. Pro
pe est dn̄s his qui tribulato sunt corde: ꝓ/
pe est expectantib⁹ eum: expectantib⁹ eum
in veritate. Deniq̄ vis nosse q̄ꝫ ꝓpe est?

Audi sponsam de sponso canentē: Qm̄ ec/ Can. 2.
ce stat post parietē. Parietē istū corpus tu
um intellige: qd̄ obstaculū impedit: vt euz
qui ꝓpe ē nōdū valeas intueri. Propterea
paulus ipse dissolui cupit ⁊ cū christo esse:
et exclamans miserabili⁹: Infelix inq̄t ego Phil. 1. Ro. 7.
homo: quis me liberabit de corpe mortis
huius? Sic ⁊ ꝓpheta in psalmo: Educ in/ ps. 141.
quit de carcere animā meam ad ꝯfitendum
noī tuo.

Sermo V vnde supra

Anctificami=

ni hodie: ⁊ estote parati: die enī
crastina videbitis maiestatē dei
in vobis. Celebraturi dn̄ice natiuitatis mi
rabile sacramentū: iure quidem monemur
fratres in oī sanctificatione prepari. Adest
enī sanctussctōꝝ: adest ipse qui dixit: San Leuit. 20.
cti estote: quia ⁊ ego sanct⁹ suz: dn̄s de⁹ ve/
ster. Alioq̄n quō dabit̄ sanctuz canibus: ⁊
margarita porcis: nisi prius illi ab iniq̄tate
isti ab illicita voluptate purgati: de cetero
tota sollicitudine fugiant: illi quidem vo/
mitū isti volutabrū luti? Susceptur⁹ olim
diuina mandata carnalis israel sāctificaba/
tur in iusticijs carnis: in baptismatib⁹ va/
rijs: in muneribꝰ ⁊ hostijs: q̄ non potera nt
iuxta cōscientiā ꝑfectum facere seruientem
Verū hec quidē oīa transiere: nimiꝝ vsq̄
ad tempus correptiōis imposita: qd̄ vtiq̄
iam aduenit Oportune igit̄ ex hoc iā ꝑfetā
vobis indicit̄ sanctificatio: interna manda
tur ablutio: exigit̄ mūditia spūalis: dicēte
dn̄o. Beati mūdo corde: qm̄ ipi deū vide/ Mat. 5.
būt. Ad hoc viuim⁹ fratres: ad h̄ nati: ad h̄
vocati sumus: ad hoc nobis dies hodiern⁹
illuxit. Erat aliqn̄ nox: qn̄ nemo poterat h̄
operari. Erat nox in vniuerso orbe ante ve
ri lumīs ortū: ante xp̄i natiuitatē. Erat nox
in vniuerso orbe ante veri luminis ortū: an
te xp̄i natiuitatē. Erat nox etiā singul̄ qui/
busq̄ nostrū: ante suā cuiusq̄ ꝯuersionem
⁊ internam regenerationē. An nō ꝓfūdis/
sima nox: ⁊ densissime tenebre erāt sup vni
uersā faciē terre: cū oli prēs nr̄i facticios co
lerēt deos: ⁊ insano penit⁹ sacrilegio ligna
⁊ lapides adorarēt? An nō etiaz cuiq̄ nr̄m
caliginosa nox erat cū tanq̄ꝫ sine deo in hoc
seculo viuerem⁹: cū ambularem⁹ p⁹ ꝯcupi
scentias nostras: cū sectaremur carnis ille/
cebras: cū obtꝑaremus desiderijs secl̄ari/
bus: cū exhiberem⁹ membra nostra arma
iniquitatis peccato: cū seruirem⁹ iniquita/
ti ad iniquitatē: in quib⁹ nūc merito erube

In Vigilia Natalis dñi Sermo VI

1.Thes.5. scim⁹ tanq̃ opib⁹ tenebrar⁹? Qui dormiũt
nocte dormiũt apl's ait: ⁊ qui ebrij sũt nocte
ebrij sũt Et hec quidẽ fuistis: ꝗ excitati estis
ꝗ sanctificati estis: si tñ filij lucis estis ⁊ filij
diei. ñ noctis neq̃ tenebrar⁹. Siq̃dẽ ꝓco di
1.Pe.4. ei est ille qui clamat: Sobrij estote ⁊ vigila/
te. Et iudeis loquebat̃ in penthecostẽ de ꝛ
Act.2. discipul'. Quõ hi ebrij sũt cum sit hora diei
tertia? Hoc eñ est qd̃ ait ei⁹ coapostolus.
Ro.13. Nox precessit: dies aũt appinquabit. Abi
ciam⁹ ergo opa tenebrar⁹ ⁊ induamur ar/
ma lucis: sic vt in die honeste ambulemus
Abiciamus inquit opera tenebrar⁹ somno
lentiã scz ⁊ ebrietatem: qm̃ vt supra memi/
nim⁹ qui dormiunt nocte dormiunt: ⁊ qui
ebrij sũt nocte ebrij sũt: vt tanq̃ in die non
dormitemus sed ambulem⁹: atq̃ hoc qui/
dẽ honeste: non temulente. Vides homiez
cuius ad omne op⁹ bonũ dormitat anima
eius pre tedio: in tenebris est vsq̃ adhuc.
Vides inebriatũ absinthio sapientẽ plusq̃
oportet non ad sobrietatẽ cuius nec oculus
visu: nec auris impleat̃ auditu: qui pecuni
am aut simile aliquid diligens nõ satiet̃: lõ
gam instar ydropici sitim bibens: filius no/
ctis est ⁊ tenebrar⁹. Nec facile sepanť hec
duo dicẽte scriptura. Qm̃ in desiderijs est
omnis ociosⁿ: hoc ẽ in ebrietate ois somno/
lent⁹. Sanctificemur ergo hodie ⁊ parati si
mus: parati quidẽ hodie nocturnũ excutiẽ
do soporem. Porro sãctificati nihilominus
tanq̃ in die ab ebrietate nocturna cupidis
noxie frenãdo furorem. In his eñ duob⁹
mandatis tota lex pendet ⁊ ꝓphete: q̃ sunt
declinare a malo: ⁊ facere bonũ. Vex hoc
hodie: nã crastina nec in sanctificatione erit
nec in ꝓparatione: sed in visione vtiq̃ ma/
iestatis. Crastina inquit die videbitis ma/
iestatem dei in vobis. Hoc est qd̃ ait patri/
Gen.30. archa iacob. Cras mihi respõdebit iusticia
mea. Hodie eñ iusticia colit̃: cras respõde
bit: hodie exercet̃: cras fructificabit. Alio/
quin qd̃ non seminauerit homo: nec metet.
Nec eñ tunc videbit maiestatẽ: qui ꝛtem/
serit interim sãctitatem: nec oriet̃ ei sol glo/
rie: cui sol iusticie ort⁹ ñ fuerit: nec illucescit
ei dies crastina: cui non luxerit hodierna.
Nimiq̃ idẽipe qui hodie quidẽ nobis fact⁹
est a deo pre iusticia: appebit cras vita nra
vt ⁊ nos cum eo appaream⁹ in gloria. Ho/
die eñ paruul⁹ nascit̃ nobis: vt nõ appo/
nat homo magnificare seipm: sed ꝛuerta/
mur magis ⁊ efficiamur sicut paruuli: cras
exhibebit̃ magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis
vt ipi q̃ magnificemur i laude: cũ vicz vni:
cuicq̃ laus a deo. Nimiq̃ quos hodie iusti/
ficauerit cras magnificabit: ⁊ ꝛsũmatiõi sã/
ctitatis succedet visio maiestatis. Nec ma/
nis visio q̃ non nisi similitudine cõstat: simi
les eñ ei erimus: qm̃ videbimus eum sicuti
est. Vñ ⁊ hic q̃ nõ simpliciter dicitur vide
bitis maiestatem dei: ꝗ addit̃ signant̃ in vo
bis. Hodie nimiq̃ tanq̃ in speculo: nos in
eo videm⁹ dũ nostra suscipit: cras videbi/
mus eum in nobis qm̃ iam sua donabit: cuz
ostendet nobis seipm: ⁊ assumet nos ad se/
ipm. Hoc est q̃ transeuntẽ sese ministratu/
rũ fore ꝓmisit: de cuius interi plenitudine
accipimus: non sane gloriã ꝑ gloria: sed g̃/
tiam ꝑ gratia: sicut scriptũ est: Gratiam ⁊ ps.83.
gloriam dabit dñs. Ne ergo contẽnas pri/
ora munera si sequentia cõcupiscis: nec
fastidias prius eduliũ si vis accipe q̃ sequũ
tur. Vel ꝑ ipso ferculo in quo apponit̃ qd̃
apponitur sumere non recuses. Ferculum
enim imputribile fecit sibi pacificus: corpus
incorruptibile aptans sibi: in quo salutis e/
pulas ministraret: Nõ dabis inquit sanctũ ps.15.
tuum videre curruptionẽ. Illud vtiq̃ de q̃
gabriel ad mariam qd̃ nascet̃ ait ex te sãctũ Luc.1
vocabit̃ filⁿ dei. Ab hoc igitur sancto ho/
die sanctificemur vt maiestatẽ eius vbi di/
es illa aspirauerit videam⁹. Siquidẽ dies
sanctificatus illuxit nobis: dies salutis: nõ
glorie aut felicitatis. Deniq̃ donec passio
annunciat̃ sanctisanctor⁹: qui nimiq̃ in pa/
rasceue passus est: id est in die ꝓparatõis:
merito omnibus dicit̃: sanctificami hodie
⁊ estote parati. Sanctificami magis ac ma
gis de virtute in virtutẽ proficiendo: ⁊ esto
te parati pseuerando. In qui bus tamẽ san
ctificamur. Legi de quodam dicente scrip/
tura. Quoniam in fide ⁊ lenitate ipsius san Eccli.45.
ctũ fecit illũ neq̃ eñ hoib⁹ sine lenitate pl⁹
q̃ deo sine fine deo placere possibile ẽ Ve/
rito sane in his monemur esse parati: quib⁹
⁊ deo cũ veniam⁹: cui⁹ maiestatẽ visuri su/
mus: ⁊ nobis inuicem vt in nobis eam pa/
riter videam⁹. Propterea siquidẽ oportet
nos puidere bõa: nõ solũ corã deo: ꝗ etiam
corã hoib⁹ vt nõ tñ regi nro: ꝗ ⁊ ciuib⁹ ⁊
ꝛmilitõib⁹ nris g̃ti eẽ possim⁹. Et quidẽ añ
oia fides q̃rẽda ẽ d̃ q̃ legit̃: Fid̃ mũdãs cor Act.15.
da eor Bti ei mũdo corde qm̃ ipi deũ vide Mat.5.
bũt Crede ergo te deo cõmitte te ei: iacta in
eũ cogitatũ tuũ: ⁊ ipe te enutriet vt fiducia/
lit̃ ⁊ fidelit̃ dicas: Bñs sollicit⁹ ẽ mei neq̃ ei ps.29.
b̃ sapiũt hoies amãtes seipos: hoies scioli ⁊
solliciti ꝑ seipis curã carnis pficiẽtes i d̃side
rijs surdi ad vocẽ dicẽt̃ oez solcitudinẽ ve/ 1.pe.6.

stram ꝓficientes in eũ: ipsi enim cura est de vobis. Nam sibi q̃dem ipse fidere non fidei sed pfidie est: nec ꝓfidentie sed diffidẽtie magis in semetipso q̃ in eo habere fiduciam. Is vere fidelis est: qui nec sibi credit: nec in se sperat: factus sibi tanq̃ vas pditum: sed sic perdens animã suam: vt in vitam eternam custodiat eam. Porro id quidem sola facit humilitas cordis: vt non sibi fidel' anima innitat sed deserẽs semetipsam ascẽdat iam de deserto innixa sup dilectũ: atq̃ ideo delitijs affluens. Sane vt pfecta sit sctificatio etiam mansuetudinẽ ⁊ grãm socialis vite a sanctoscto ꝓ discam' oportet: sicut ipse
Mat.11. ait: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Quid enim huiusmodi hoiem dicẽ ꝓhibet delitijs affluentẽ qui suauis ⁊ mitis ⁊ multe miscordie: oibus oia factus est ⁊ vniuersos pfundit oleo quodam mãsuetudis ⁊ lenitatis: quo sic infusus est sic pfusus etiam et supfusus vt stillare videat vndiq̃: Felix qui gemina hac sanctificatiõe parat' dicere potest: Paratũ cor meũ deus: paratũ
ps.56. cor meũ. Habet hodie q̃dem fructus suũ in sctificatiõe: crastina die finem habitur' vitam eternã. Videbit enim maiestatẽ dei: qd
Io.17. vtiq̃ vita eterna ẽ: sicut ⁊ veritas ait: Hec est vita eterna: vt cognoscãt te solum verũ deum: ⁊ quẽ misisti iesum christũ. Reddet ei coronam iusticie iustus iudex in illũ diem cui sane altera non succedet. Tũc videbit et affluet: ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor ipsius. Quousq̃ dilatabit? Usq̃ ad videndam in se maiestatẽ dei. Nolite arbitrari frẽs q̃ illã vob ꝓmissionẽ verbis explicare possim' Sanctificami hodie ⁊ estote parati: crastina die videbitis ⁊ gaudebitis: gaudiũ vr̃m implebit. Quid enim maiestas illa non implebit? Etiam supimplebit ⁊ supereffluet:
Luc.6. Quando mensurã bonam ⁊ ꝓfertam ⁊ coagitatam ⁊ supeffluentẽ dabũt in sinus vr̃os Usq̃ adeo quidem supeffluet: vt supra modum in sublimitate excedat non modo merita: sed ⁊ vota: sicut vere potẽs est facere: supra q̃ nos intelligere aut sperare possim' Nam desideria quidem nostra in trib' maxime ꝓstituta vident: qd decet: qd expedit qd delectat. Hec sunt que ꝓcupiscim': oẽs quidem oia sed alius magis hoc: ali' illud. Ille sic deditus est voluptati: vt nec honestatem satis reputet nec vtilitatẽ: ille questui magis incubans ⁊ honestũ dissimulat et iocundũ: ille voluptatis pariter ⁊ vtilitatis negligẽtio: solum vel maxime honorem sectatur. Nec ꝓ o rep̃hensibile desiderium bonorum: sed si ibi quererem' ea vbi vere inuenirem'. Hec enim vbi vere sunt: vnũ sunt atq̃ ipsum vtiq̃ summũ bonũ: summa vtilitas: summa gloria: sũma voluptas. Atq̃ hec quidem q̃tus interim capere possum' expectatio nostra est: ⁊ pmissa nobis visio maiestatis in nobis: vt deus sit oia in omnibus: omne iocundũ: omne vtile: omẽ honestum.

Sermo VI vnde supra

Pditum au- Abdie.1.

diuim' plenũ gratia: dignũ acceptione. Jesus christus filius dei in bethleem iude nasci. Anima mea liquefacta est in sermone isto: sed ⁊ spũs meus i precordijs meis estuat iocunditatẽ hanc ⁊ exultationẽ solito vobis desiderio eructuare festinans. Jesus interpretatur saluator. Quid tam necessariũ perditis: quid tã optabile miseris: quid tam vtile desperatis? Alioq̃n vnde salus: vnde vel tenuis aliq̃ spes salutis in lege peccati: in corpe mortis in malicia hac diei ⁊ loco afflictiõis: nisi noua nobis ⁊ insperata nasceret? At tu forte salutem optas: sed curatiõis acerbitatẽ teneritudinis pariter ⁊ egritudinis ꝓprie cõscius reformidas. Ne timeas: christus est suauis plane ⁊ mitis ⁊ multe miscordie vnct' oleo letic'e pre ꝓticipib' suis: eis nimirum qui licet non ipsam plenitudinẽ: de plenitudine tamẽ hui' accipiũt ꝓticipiũ vnctiõis. Ne ꝓ o suauem audiens inefficacẽ forte autumes saluatorem: addit ⁊ filius dei. Qualis enim pater talis filius: cui subest cum voluerit posse. An forsitã vtilitate salutis ⁊ iocunditate vnctionis audita: nescio q̃d submurmuras puto etiam de honestate sollicitus. Saluatorem tibi gratuleris adesse: vt puto iacens paralyticus i grabato: aut magis inter hierusalem ⁊ hiericho semiuiuus in via. Amplius autem letaris nec durum esse medicum nec grauibus vti medicinis: ne tibi forsitan intolerabilior videat breuis ipsa curatio: q̃ diuturna egritudo. Sic nimirum sic vsq̃ hodie multi pereunt medicum fugientes: q̃ iesum quidem nouerint: sed christum nesciũt: humano sensu ꝑ multitudine ⁊ malignitate morborum parate sibi medele molestiam estimantes. Jam vero si certus es de saluatore: ⁊ nihilominꝰ christum esse cognoscis non vtentem cauterio sed vnguento: non vstione sed vnctione curantem: vnum adhuc arbitror ingenuam posse mouere creaturam: ne forte qd

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

absit saluatoris huius non satis condigna videatur esse persona. Puto tamen non vsq; adeo ambitiosus es ⁊ glorie cupidus: aut zelator honoris: vt ab vno quopiam e conseruis tuis si prestare posset hanc gratiam suscipe detrectares. Nam si angelus aut archangelus esset: vel ex superiori quouis ordine spirituū beatorꝫ: multo min⁹ animositas tua qd causarē haberet. Nunc autē tanto ampliore tibi deuotione suscipiēdus est iste saluator: q̃to differenti⁹ pre ceteris omnib⁹ nomē hereditauit: iesus christ⁹ filius dei. Et vide si non euidenti⁹ hec tria ad pastores loquēs angelus cōmendauit gaudium magnū qd euangelizauit exponens: quia inquit natus est vobis hodie saluator qui est christus dñs. Exultem⁹ igit fratres in hac natiuitate ⁊ multiplicit gratulemur in ea: quā ⁊ salutis vtilitas ⁊ vnctiōis suauitas: ⁊ filij dei maiestas tam elegant illustrat: vt nihil desit ex oibus que desiderant nec comodū nec iocundū nec honestum. Exultem⁹ inq̃ ruminātes intra nosmetipsos ⁊ inuicem eructuātes suaue verbum: eloquiū dulce: iesus christus filij⁹ dei nascitur in bethleem iude. Nec mihi q̃s ad ista respondeat: indeuotus: ingratus irreligiosus. Non ē h̄ nouū: olim auditum est olim factum ē: olim natus est christ⁹. Ego enī dico olim ⁊ ante. Nec mirabit olim et antea: cui ppheticū illud occurrerit in eternū ⁊ vltra. Natus est ergo christus: nō modo ante hec nostra tempa: sed ante tempora vniuersa. Verum quidem illa natiuitas posuit tenebras latibulū suū: imo ꝓ magis lucem inhabitat inaccessibilē: latet i corde patris in monte vmbroso ⁊ ꝓdenso. Ut ergo aliquaten⁹ innotesceret: natus est: et i tempe: natus ex carne: natus in carne: factum est verbū caro. Quid tamen miruz si vsq; hodie dicitur in ecclesia: christus filius dei nascit: qñ tā longe antea dicebat haud dubiū quin de ipso: puer natus est nobis? Olim cepit audiri verbū hoc: ⁊ nemo sancto⁹ aliqñ fastidiuit. Siquidem iesus christus filius dei: heri ⁊ hodie ⁊ i eternū. Hic nimirū prim⁹ homo oium viuentiū pr̄ magnū eructuās sacramentū: qd in christo ⁊ i ecclesia apl's postmodū euidenti⁹ cōmēdauit: Relinquet ait homo patrē ⁊ matrē et adhereb't vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Hinc nihilomin⁹ abraam pater oium credentiū exultauit vt videret diem hunc: et vidit ⁊ gauisus est. Alioqn quando seruum iurantē sibi per deum celi sub femore suo manū ponere p̄cepisset: nisi ipsuz vtiq; deum celi ex eodem nasciturū femore preuidisset. Hoc quoq; ꝓsilium cordis sui homini ꝓm cor suū reuelauit deus cui iurauit veritatem ⁊ non frustrabit eum. De fructu inquiēs ventris tui ponam super sedē tuam. Unde ⁊ in bethleē iude nascitur: sic angelus ait ciuitate dauid: vtiq; ꝓpter veritatem dei ad ꝓfirmandas ꝓmissiones patrum. Hoc etiam multipharie multisq; modis ceteris reuelatū est patrib⁹ ⁊ ꝓphetis Absit autem vt a diligentib⁹ deum aliqn̄do fuerit negligenter auditum: nisi forte negligere videbat qui dicebat: Obsecro domine mitte quem missurus es: aut fastidire qui clamabat: Utinam dirumperes celos et descenderes: ceteraq; similia. Idipsum deinde apostoli sancti viderunt ⁊ audierūt et manus eorum tractauerūt de verbo vite: quibus singulariter aiebat: Beati oculi qui vident que vos videtis. Postremo h̄ idem nob̄ quoq; seruatuz est fidelib⁹ vtiq; thesauris fidei cōmendatum. ipso eque dicente: Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Pars nostra hec est in verbo vite. Nec sane ꝓtemptabilis ex qua nimirum viuitur ⁊ qua vincitur mundus: quoniā Iustus ex fide viuit. Et hec est victoria q̃ vincit mundū: fides nostra. Hec est que velut quodam eternitatis exemplar preterita simul ⁊ presentia ac futura: sinu quodam vastissimo comprehēdit: vt nihil ei pretereat: nihil pereat: p̄eat nihil. Merito proinde in testimoniū fidei vestre vbi facta est vox annūciationis huius in auribus vestris exultastis in gaudio: egisti is gratias: prostrati soletenus adorastis: concurrentes velut sub vmbra alarum eius: ⁊ sub pennis eius sperantes. Nunquid non singuli natiuitate saluatoris audita clamastis in cordibus vestris dicentes: Mihi autem adherere deo bonū est. Aut potius illud quod idem ꝓpheta ait: Deo subiecta esto anima mea? Infelix nimirum quisquis ficte pstrat⁹ corde rigido corpus humiliauit. Est enim qui humiliat nequiter: interioza autem ei⁹ plena sunt dolo. Quisquis enim necessitatem suam minus considerat: minus sentit incōmoda: minus pericula pauet: minus deuote confugit ad remedia orte salutis: minus affectuose se subijcit deo: minus fideliter psallit. Domine refugium factus es nobis Hui⁹ adoratio min⁹ accepta: hui⁹ pstratio min⁹ verax: hui⁹ hūiliatio min⁹ hñs: hui⁹ min⁹ victoriosa ⁊ min⁹ viuida fides? Quid ta

Abdie.2.
Epbe.5.
Jo.18.
Gē.24.
ps.131.
Luc.2.
hebre.1.
Exo.4.
Esa.64.
Mat.13.
Jo.20.
Abdie.2.
ps.72.
ps.16.
ps.89.

men dicit: Beati qui non viderunt ⁊ credi/
derunt. Quasi non videatur ipsum crede/
re quodammodo iam videre. Sed aduer/
te diligenter cui ⁊ quãdo dictuz sit: ei vtiq;
qui arguebatur q̃ quia vidisset credidisset
Neq; enim idipsum est vidisse ⁊ ideo cre/
didisse: qd̃ credẽdo vidisse. Alioq̃n abraaz
pater vester quo nam modo dñicũ hũc vi/
disse diem: nisi credẽdo credẽdus est? Sed
et illud quõ accipiet qd̃ hac nocte cantatũ
est nobis: sanctificami hodie ⁊ estote para
ti: crastina die videtis maiestatẽ dei in vob
si non mente videre est: pia deuotiõe repre
sentare ⁊ recolere fide non ficta magnũ illd̃
magne pietatis sacramẽtũ: qd̃ manifestatũ
est in carne: iustificatũ est in spũ: apparuit
angelis: p̃dicatũ est gentib': creditũ est mũ
do: assumptũ est in gloria? Semp igitur no
uum qd̃ semp innouat mentes: nec vnq̃ ve
tus qd̃ fructificare non cessat qd̃ in ppetuũ
non marcessit. Hoc ẽ enim sanctũ: qd̃ nõ dat
videre corruptionẽ. Hic nouus homo: qui
nullius vnq̃ vetustatis capax etiam eos q̃
rum inueterauerũt oia ossa: in veram vite
trãsferat nouitatẽ. Inde est q̃ in p̃senti taz
iocũdissima annũciatiõe si adũtistis ꝓgrue
satis dicit non tam natus esse q̃ nasci. Je/
sus christus filius dei nascit in bethleẽ iu/
de. Sicut enim q̃dãmodo imolat adhuc q̃ti/
die donec mortem eius annũciam': sic ⁊ vi
detur nasci: dum fideliť repsentam' ei' na/
tiuitatẽ. Die igit crastina videbim' maie/
statẽ dei: sed sane in nob non i seipso: vtiq;
maiestatẽ in hũilitate: virtutẽ in infirmita/
te: in homine deũ. Jpe est enim emanuel: qd̃
interp̃tat nobiscũ deus. Et euidẽti' audi.
Jo.1. Verbũ inquit caro factũ est: ⁊ habitauit i
nobis. Beniq; extunc ⁊ deinceps vidimus
gloriã eius: sed gloriã quasi vnigeniti a pa/
tre: vtiq; plenũ gratie vidim' ⁊ veritatis.
Non enim gloriam potestatis aut claritatis:
sed gloriã paterne pietatis gloriã gr̃e: de q̃
Ephe.1. apostolus: In laude inq̃t glorie gratie sue.
Sic ergo nascit. Sed vbi putas? In beth/
leem iude. Neq; enim decet nos ita bethleez
p̃terire. Transeam' vsq; ad bethleẽ dicũt
pastores: non bethleẽ ꝑtranseam'. Quid
enim si paup viculus est? Quid si videt mi/
nima in iudea? Ne id quidẽ incongruũ ei q̃
cum diues esset: ꝓpter nos factus est pau/
per: ⁊ cum esset magn' dñs ⁊ laudabil' ni/
mis: paruulus natus est nobis. Et dicebat
Mat.5. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsoz est
Mat.16. regnũ celoz. Jtemq;. Nisi ꝓuersi fueritis
et efficiami sicut puer iste: non intrabitis in
regnũ celoz. Unde etiam stabulũ elegit et
p̃sepe: vtiq; domũ luteam ⁊ diuersoriũ iu/
mentoz: vt hunc esse scias qui de sterco/
re erigit paupem: ⁊ saluos facit hoies ⁊ iu/
menta. Utinam aũt iueniamur ⁊ nos beth
leem iude: vt in nobis q̃ dignet nasci ⁊ au/
dire mereamur: qz Vobis timentib' deum Mal.4.
orietur sol iusticie. Forte enim est hoc qd̃ supra
memimus: ad videndã inesse ⁊ prepatione
Nam ⁊ iuxta ꝓphetam: facta nob dñe ma
iestatem: ⁊ sanctificatiõe opus est iudea scti
ficatio eius: quia videlicet oia in ꝓfessione
lauant: ⁊ domus panis qd̃ bethleez sonat
ad prepationẽ fortasse videt magnope pti/
nere. Quomodo enim ille paratus est: vt ex/
cipere tm̃ hospitem possit qui dicit: qz non Esa.3.
est in domo mea panis? Beniq; quia impa
ratus erat quidã necesse habuit amici ostiũ
clausum media nocte pulsare ⁊ dicẽ. Quia Luc.11.
amicus meus venit ad me de via ⁊ non ha
beo qd̃ ponam ante illum: Paratũ coz ei' ps.111.
sperare in dño ait ꝓpheta: haud dubium
q̃n de iusto loquens: Cõfirmatũ est coz ei' Ubi.3
non cõmouebit. Nõ est paratũ coz: qd̃ nõ
est ꝓfirmatũ. Scimus autem ipso eodẽ te/
ste ꝓpheta: q̃ panis coz hois ꝓfirmet. Nõ ps.103.
est ergo paratum coz sed ariduz ⁊ exangue
coz eius: qui oblitus est comedere panẽ suũ
Est autem paratus ⁊ non turbat' vt custo
diat mãdata vite: qui oblitus ea que retro
sunt: in ea que ante sunt se extendit. Uides
q̃ fugiẽda quedam: q̃ sit quedã obliuio cu
pienda? Neq; enim totus manasses iordanẽ
transist: sed nec totus citra sibi elegit man/
sionem. Est qui oblitus est dñi creatoris sui
et est qui puidet eum in ꝓspectu suo semp:
oblitus populum suũ ⁊ domuz patris sui.
Et ille quidem celestia obliuiscit: hic vero
que sunt super terram: iste presentia ille fu/
tura: iste que videnť ille que non videnť:
postremo iste que sua sũt: ille que iesu chri/
sti. Uterq; manasses vterq; obliuiosus: ꝗ
alter quidem hierusalẽ alter babylonis ob
litus. alter eoz que impediũt oblitus: ⁊ iste
paratus alter sane eorũ magis que expedi/
unt ⁊ que non expedit obliuisci: atq; ꝗ pe/
nitus imparat' ad videndã in se dñi maie/
statem. Neq; enim est dom' panis in qua
saluato: oriatur: non ẽ manasses ille cui ap
pareat qui israel regit: ⁊ super cherubin se/
det. Appare inquit coram ephraym benia/ ps.79.
min ⁊ manasse. Ego arbitroz istos tres esse
q̃ saluant: quos alius q̃dã ꝓpheta noe da Ezech.14.
niel ⁊ iob noiauit: eosdem q̃ ⁊ tribus illis
pastoribus designari: quibus nato ange/ Luc.2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lo magni consilij gaudium magnum ange/
lus euãgelizauit. Vide autem ne forte ipsi
sint ⁊ tres magi venientes iaz non modo ab
oriente sed etiam ab occidente: vt recũbant
cum abraam ysaac ⁊ iacob. Forte eniz non
incongrue videbit: ad effraim q̃dez qd̃ fru
ctificationẽ sonat ptinere thuris oblationẽ
qd̃ offerre incensum dignũ in odorem sua/
uitatis ppriũ sit eorꝫ quos posuit dñs: vt
eant ⁊ fructũ afferãt. id est. ecclesie platorꝫ.
Nam ⁊ beniamin filius dextere offerat ne/
cesse est aurum. id est. subam huius mundi
vt videlicet fidelis populus in parte dexte
Mat.25 ra ꝓstitut' a iudice mereatur audire: Quia
esuriui ⁊ dedistis mihi mãducare ⁊c. Por/
ro manasses si tamẽ is esse voluerit cui ap/
pareat deus myrrhã offerat mortificatiõis
quã quidẽ a nostra specialiẽ arbitror pfes/
sione requiri. Et ꝗ dicta sint ne ad eã partẽ
tribus manasse: que circa iordanẽ substitit:
pueniam': sed obliuiscamur magis ea que
retro sũt extenti ⁊ intẽti ad anteriora. Nũc
vo redeam' vsqꝫ bethleem ⁊ videamus ꝗ
verbũ qd̃ factũ est: qd̃ dñs ostendit nobis.
Domus panis ẽ vt iam diximus: bonũ est
nos illic esse: vbi eni fuerit verbũ dñi nõ de
est vticꝫ panis qui ꝓfirmet cor: dicente p/
ps.118. pheta: Confirma me in verbis tuis. Nimi
rum in verbo qd̃ pcedit de ore dei viuit ho
mo: viuit in christo: viuit in eo christ'. Ibi
oritur: ibi apparet: nec oĩno amat cor titu/
bans: aut vacillans: sed stabile ⁊ ꝓfirmatũ
Si quis murmurat: si quis hesitat: si quis
nutat: si quis cogitat reuolui in lutũ: redire
ad vomitũ: deserere votũ: mutare pposi/
tum suũ: non est bethleẽ iste: non est dom'
panis. Sola eni fames ⁊ fames valida in
egyptũ eum descendẽ: porcos pascẽ: siliqs
esurire compellit: vtpote pcul agentẽ a do
mo panis: a domo patris: in qua etiaz mer
cennarij panib' abũdare noscunt. Non er
go in huiusmodi corde nascit christ' cui de
est fidei fortitudo: vticꝫ panis vite scriptu/
Abdie.2 ra teste: Quoniã iustus ex fide viuit: qd̃ vi
delicet anime vera vita que est ipse. nõ nisi
per fidem interim habitet in cordib' vestris
Alioq̃n quomodo in illo nascit iesus: quo/
modo salus oritur illi qñquidem vera om/
Mat.10. nino certacꝫ sentẽtia est: q̃ is tm̃ qui pseue/
rauerit vsqꝫ in finem salu' erit. Nam q̃ mi/
nime inueniat in eo christus nec de eis sit
1.Jo.5. quibus dicit: quia vnctionẽ habetis a san/
cto: ex eo vel maxime constat q̃ sine dubio
etiam aruit cor illius: ex quo oblitus est co
medere panem suũ. Multo minus autem
ad filium ptinet dei qui huiusmodi est: q̃ ñ
nisi super quietũ ⁊ humilẽ ac trementẽ ver Esa.vlti.
ba sua requiescat spirit' ipsius: nec sit vlla
societas eternitati ⁊ tante mutabilitati: ei q̃
est ⁊ ei qui nunqꝫ in eodem pmanet statu.
Ceterum quãlibet firmi: quãlibet fortes in
fide q̃libet parati: q̃libet panib' abundã/
tes: ipso quidem largiẽte cui q̃tidie orantes
dicimus: Panem nostrũ q̃tidianũ da nob Luc.11.
hodie: necesse habem' addere ꝓseq̃nter: di/
mitte nobis debita nostra. Alioq̃n si dixe/
rimus quoniã peccatũ non habem' nosip 1.Jo.1.
sos seducim': ⁊ veritas in nobis nõ est. Ni
mirũ veritas ipse est q̃ nõ simplicit in beth
leem: sed in bethleez iude nascit: iesus chri
stus filius dei. Preoccupem' igitur faciez
dñi in ꝓfessione: vt sanctificati pariter ⁊ pa
rati iueniamur ⁊ nos bethleẽ iude: atqꝫ ita
nascentẽ dñm videre mereamur in nobis.
Ceterũ si qua anima eousqꝫ pfecerit qd̃ q̃/
dem est multum ad nos vt sit fecũda virgo
sit stella maris: sit plena gratia ⁊ supueniẽ
tem habens in se spiritũ sanctũ: puto q̃ nõ
modo in ea: sed ex ea q̃qꝫ non dedignabit na
sci. Nemo sane id sibi arrogare plsumat: ni/
si quos ipse speciali desigtiõe tanq̃qꝫ digito
monstrauerit dicẽs: Ecce mater mea ⁊ fra/ Mat.12.
tres mei. Eniuero audi vnũ ex istis. Filio/ Gal.4.
li mei ait quos iterum parturio donec for/
metur christ' in vobis. Si eni nasci videba
tur in eis cum formabat christ' in eis: quo/
modo non etiam ab eo similit nasci eum di/
cere quis presumat: qui in ipsis quodãmo/
do eum parturiebat? Et tu quidem impia
synagoga hunc nobis filium peperisti offi/
cio quodam matris: sed non matris affectu
Excussisti eum de sinu tuo extra ciuitatẽ eij
ciens ⁊ eleuans super terram: tanq̃qꝫ dicens
ecclesiie gentium pariter ⁊ ecclesie primiti/
uorum que est in celis: nec mihi nec vobis
sit: sed diuidatur. Diuidatur inq̃qꝫ non inter
vtrasqꝫ: sed ab vtrisqꝫ. Expulsum enim et
exaltatum ⁊ eleuatum ⁊ quidem modice sa
tis: tantuz vt nec in tuis esset menibus nec
in terris: ferro vndicꝫ coartasti: ne forte vl
hac vel illac excederet: vt videlicz a te sepa
ratus ad neutram peruenire illarum. Se/
ua nimirum mater ita abortiuuz facere vo/
luisti: dum non esset qui excipere posset ex/
cussum. Age ergo quid profeceris: immo
q̃qꝫ nihil profeceris intuere. Undicꝫ enim
egrediunt filie sion: vt videãt regẽ salomo
nẽ in diademate q̃ coronasti eũ. Reliquẽs
mrez adheret vxori sue vt sint duo i carne
vna ⁊ citate pulsus: atqꝫ leuat' a tra: oia tra

bit ad se: quippe qui est supra oia benedict' deus i secula. Amen.

In die Natalis dñi Sermo I

Randis qui

dem ē dilectissimi hodierna dñi cenatiuitatis solēnitas: sed dies breuis cogit breuiare sermonē. Nec mirū: si facim' nos breue verbū: qñ ⁊ deus pater verbū fecit abbreuiatū. Multis nosse ꝗ lon
Jere.23. gum: ꝗ breue fecit? Celum inq̄t hoc verbū et terram ego impleo: nūc caro factū in an/
ps.92. gusto locatū presepio est. A secło ait ppha et in seculū tu es deus: ⁊ ecce factus est in/fans diei vnius. Ad q̄d hoc fratres: aut q̄ necessitas fuit vt sic exinaniret se: sic humi/liaret se: sic abbreuiaret se dñs maiestatis: nisi vt vos similiť faciatis. Jam clamat ex/emplo: qd̄ postmodum predicatur' est ver/
Mat.11 bo: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis
Mar.6. corde: vt verax inueniať qui dicit: Cepit ie sus facere ⁊ docere. Obsecro ꝓinde ⁊ plu/rimū rogo frēs: non patiami sine causa tam p̄ciosum exemplar vobis exhibitū esse: sed ꝓformami illi ⁊ renouami spū mentis vře. Studete humilitati que fundamētū est cu/stosq̄ virtutū: sectami illam que sola potest saluare animas vřas. Quid enī magis in/dignū: q̄d detestandū amplius: quid grauius puniendū: q̄ vt videns deum celi par/uulū factum: vltra apponat homo magni/ficare seipsum super terrā? Intolerabilim/pudentie ē: vt vbi sese exinaniuit maiestas vermiculus infletur ⁊ intumescat. Hoc igi tur est ꝓpter qd̄ exinaniuit se formam serui
Phil.2 accipiens: qui in forma dei patri eq̄lis erat sed exinaniuit maiestate ⁊ potētia: non bo/
Titū.3. nitate ⁊ miscōia. Quid enī ait apls? Appa ruit inq̄t benignitas ⁊ hūanitas saluatoris nostri dei. Apparuerat ante potētia in rex creatione: apparebat sapiētia in earū gub/natione: sed benignitas miscōie nūc maxi/me apparuit in hūanitate. Innotuerat iu/deis potestas in signis atq̄ portentis vn/de ⁊ in ea lege sepius iuenies: ego dñs: ego deus. Philosophis quoq̄ abūdantib' in sensu suo maiestas innotuit: qñ iuxta apo/
Roma.1. stoli verba: Qd̄ notum est dei manifestum est in illis. Verūtamē ⁊ iudei ptāte ipsa p̄/mebanť ⁊ philosophi scrutatores maiesta tis opprimebanť a gloria. Potestas subie/ctionem: maiestas exigit āmirationē: neu/tra imitationē. Appareat dñe bonitas cui possit homo qui ad imaginē tuam creatus est ꝓformari: nam maiestatē: potestatē: sa/pientiam: nec imitari possum': nec expedit emulari. Quousq̄ angustata ē miscōia tua in sola angelorꝫ parte: reliquā occupat iu/dicium cum toto pariter humano genere? Bñe in celo miscōia tua: ⁊ veritas tua vsq̄ ps.35.
ad nubes: terram vniūsam ꝓdemnās ⁊ ae/reas potestates. Dilatet miscōia terminos suos: extēdat funes: expandat sinus: attin/gat a fine vsq̄ ad finem fortiť: disponēs oia suauiter. Restrict' est dñe iudicio sinus tu us: solue cingulū tuū ⁊ veni miserationibus affluens: supefluens charitate. Quid tu times o homo: quid trepidas a facie dñi qr venit? Venit non iudicare: sed saluare ter/ram. Olim tibi psuasum est ab infideli quo dam seruo: vt furtim tolleres ⁊ imponeres regiū dyadema capiti tuo. Deprehēsus in furto quid ni timeres: quid ni fugeres a fa/cie eius? Forte enī iam gladiū vibrabit ig/nitum. Nūc in exilio posit': In sudore vul Gñ.3.
tus tui vesceris pane tuo. Et ecce vox au/dita est in terra nostra: quia dñator adue/nit. Quo ibis a spiritu ei': ⁊ quo a facie ei' fugies? Noli fugere: noli timere: non venit cum armis: non puniendū: sed saluandum requirit. Et ne forte dicas etiam nūc: Vo/ Ubi.3
cem tuam audiui ⁊ abscōdi me: ecce infans est ⁊ sine voce. Nam vagientis vox magis miserāda ē ꝗ tremēda. Aut si cui forte ter/ribilis: sed non tibi. Paruulus fact' est: te/nera membra vir go mater pannis alligat: et adhuc timore trepidas? Vel in hoc scies quia non venit pdere te: sed saluare: eripe/re ⁊ non ligare. Jam aduersus hostes tuos dimicat: iam supboꝫ ⁊ sublimiū colla tāq̄ dei virtus ⁊ sapiētia calcat. Duo sunt tibi hostes: peccatū ⁊ mors. id est. mors corpo/ris ⁊ anime. Utrunq̄ debellatur' aduenit et ab vtroq̄ saluabit te: noli timere. Et iam quidem peccatū in ꝓpria persona vicit: qñ humanam naturā sine vlla ꝓtagione susce/pit. Grandis enī peccato facta est violētia et reuera expugnatū esse cognoscit quādo naturam quam se totam infecisse ⁊ occupas se gloriabať: ab eo penitus aliena: in chri/sto inuenta est. Bebinc psequiť inimicos tuos ⁊ comp̄hendit eos nec quertiť donec deficiant. Contra peccatū dimicans in cō/uersatione sua: verbis pariter ⁊ exēplis op pugnat: sed in passiōe sua alligat illud: alli/gat plane fortem: ⁊ diripit vasa eius. Jam vno eodem ordine mortem quoq̄ superat prius in seipso cum resurgit primitie dormi entium ⁊ p̄mogenitus mortuorꝫ: postmo/dum debellaturus eam pariter in omnib'

1° procinctu
p. docet humili
onē ex xpi hu
militate.